



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-495247-p0001-8

DFG

DE
**IVSTITIO NVNDINARVM
LIPSIENSIVM**

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM ORDINIS
AVCTORITATE
P R A E S I D E
**D. CAROLO CHRISTOPHORO
KINDIO**

SUPREMAE CVRIAË PROVINCIALIS ET CONSISTORII
ADVOCATO

A. D. V. APRIL. CICCI

H. L. Q. C.

SOLENNITER DISPVTABIT

AVCTOR

HIERONYMVS THEOPHILVS KINDIVS

LIPSIENSIS.

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAUBARTHIA.

V I R O
I L L V S T R I S S I M O
ATQVE
EXCELLENTI S S I M O
FRIDERICO GOTTLOBIO
DE BERLEPSCH

DYNASTAE IN HENNIGSLEBEN, ETC.
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
ET H. T. SACRI ROMANI IMPERII VICARII
COMITI CONSISTORIANO
PRINCIPALISQVE RATIONARII PRAEFECTO

Q. H. I. V.
HOCCE STVDII ACADEMICI
SPECIMINE
GRATVM PIVM QVE ANIMVM
TESTANTVR

ADDICTISSIMI CLIENTES
PRAESES ET RESPONDENS.



Q. B. V.

§. I.

Instituti ratio.

Cum tanta sit rerum artiumque, de quibus disputari copiose et possit et debeat, multitudo; saepe accidit, ut, qui academicī libelli argumentum anquirunt, non vexentur parum atque sollicitentur. Omnibus enim, qui iudicio virorum doctorum qualescumque studii labores subiicere audent, ne levem sibi eligant scribendi materiam, ac ne opus viribus forsan altius moliantur, aequē cauendum est. Quodsi interdum, quae et fuit iuuenilis mei ingenii, imbecillitas accesserit atque inconstantia, difficultima fit eligendī deliberatio. Iam cum equidem ex iurisprudentia, cuius studio elaborauī, hauriendum esse dissertationis thema censuerim, quod frater carissimus mihi commendabat, mox in primis etiam probabatur. Ut igitur argumentum nundinarum priuilegiis de promtū publici iuris facerem, facile a me, et ideo potissimum impetravi, quod satis inter omnes constare de singulare multiplice mercatum publicorum utilitate habueram persuasum.

A 3

Sed

~~~~~

Sed ne integri pótius operis, quam dissertationis elaborationem suscepisse, aut noua iis addere, quae alii viri doctissimi<sup>a)</sup> de eodem argumento iamiam differuerunt, non sine audacia velle videar, de ipsa libelli tractatione præfari quedam mihi liceat. Omnino enim ea est tantummodo consilii mei ratio, ut de eo potissimum, quod intra nundinas obseruari solet, iusfitio, effectibus eius, itisque in primis priuilegiis differam, quae ita sunt cum eo connexa, ut ipsius sere naturam constituant. Quia in re cum ex voto propositum assequi vix et ne vix quidem prius possimus, quam de origine nundinarum, natura, et forma hodierna breuiter exposuerimus, hinc inde rem omnem ordinandam esse duximus. Ad singula deinde nundinarum iura transire, et cur fuerint illa ab imperatoribus atque principibus concessa, fas erit causas recensere. Hinc sponte ipsi perducemur ad ea quoque principia, quae leges silere plus minusue per tempus nundinale iubent. Cuius quidem rei plures esse grauissimosque effectus, sequentibus adparebit, et ita, ut non prodesse solum illa priuilegia, sed obesse etiam quodammodo, propositumque nostrum in quantum tenuerimus nec ne, colligi inde poterit.

## §. II.

### *De nundinarum nomine et prima origine.*

Cum sit cuique hominum sese non conseruandi solum, verum et saluti suac omni, qua fieri potest, ratione consulendi,

a) Pertinet hoc liber singularis  
Pauli Iacobi MARPERGERI: De  
schreibung der Messen und Jahrmärkte.  
Lipz. 1770. 8.

Ceterum de nundinis scripserunt  
Ant. GLOCK diff. de nundinis earum-

que priuilegiis, Marb. 1637. Cbr. LX-  
SER d. de iure nundinarum. Vit. 1654.  
Ern. CREGER d. de nundinis. Alta.  
1658. Abast. FRITZSCHIVS d. de  
regali nundinarum iure. Ienae 1660.  
*Ieb.*

7

di, non scripta, sed nata lex, non tam leuis quam invincibilis  
vis atque potestas, nec usus eius poterit esse vlli mortalium  
prohibitus. Quod naturae principium non singulis homini-  
bus et familiis, sed integris quoque ciuitatibus et populis, quo-  
rum finem esse salutem publicam constat, aequo proprium est,  
aequo commune. Duabus autem partibus, securitate scilicet ex-  
terna et interna, earumque rerum, quae necessitatibus atque  
utilitatibus, quid, quod commoditati atque luxuriae inferuntur,  
idonea possessione salutem ciuitum effici scimus. Vraque res  
sua comparatur ratione, prius armorum legumque auctoritate,  
posteriorius commerciorum in primis celebritate atque frequentia.

Commercium<sup>b)</sup> ita, quod mercium est mutatio, dictum,  
nihil est omnino aliud, quam earum rerum, quibus carere pos-  
sumus, cum iis, quibus indigemus necessariis, permutatio<sup>c)</sup>. Quam  
tanto etiam fieri posse commodiorem atque salubriorem,  
quanto numerosior sit quis tempore eorum multitudo, qui  
emendi vendendique animo aguntur, testis exstat praeter na-  
turam rei experientia. Quis igitur miretur conuentuum, qui  
publica auctoritate instituuntur, inuenta? quis inde reprobare  
nundinarum consuetudinem audeat? Singularem earum utilita-  
tem quisque aestimabit rei mercatoriae peritus.

### Omnino

Ioh. Frid. RHETIVS d. de nundinis  
solennibus, Frf. 1661. Ioh. KLEIN  
d. de nundinis solennioribus, Rost.  
1696. itemque b. Iac. Henr. BOR-  
NIVS, in diuinis de iure stipulac-  
iis nundinarum ciuitatis Lipsiae, Lip-  
1738 et 1739. 4.

b) Uniuersitate hoc diuidi solet in *in-*  
*ternum* seu *domesticum*, et *externum*,  
*seu peregrinum*, *directum* et *indirectum*,  
*attium* denique, quod *reipublicae*

semper saluberrimum, et *possuum*.  
MONTESQUIOU de l'esprit des  
Loix Lib. XX. c. 4. 5. 7. et 10. addit  
oeconomicum, ita fere descriptum,  
ut conuenire ipsum non principati-  
bus, sed liberis ciuitatibus contendat.

c) Quam commerciorum definitio-  
nenem CICERONEM in primis probaf-  
fe, ex II. de Off. II, 2. 13. et II, 4. 15.  
colligendum esse puto. VLPIANVS  
Fragm. XIX, 5. commercium esse  
dicit emendi vendendique inuicem iux.

Omnino autem *nundinae*, vt hoc generis verbum consti-  
tuam, quamlibet denotant negotiatorum, quae fit emendi-  
vendendique causa, congregationem. *Mercatus* in specie, seu  
*Missa* (Messen), hodie dicuntur *publici illi mercatorum conuentus*,  
qui determinatis temporibus ex priuilegiis imperatorum in urbibus at-  
que oppidis negotiandi gratia instituuntur. Eosdem non sine im-  
munitatis respectu Graecos vocasse: *αγορας*, *ατελειας*, et *πανη-*  
*γυρεις*. Glossaria Graeco Latina testantur. Iam nundinarum ety-  
mo, cuius ratio erit paulo inferius declaranda, diutius inhaeren-  
dum esse videtur, ideoque maxime, quod et aliis rebus, pae-  
ter mercatus, proprium olim fuisse illud vocabulum intelligi-  
tur, cum vetustioribus consuetudinibus originem ipsa vox de-  
beat. Nundinarum enim, quae primitus proprieque ita di-  
cuntur, auctores Romanos fuisse, antiquitatum Romanarum  
scriptores tradiderunt. Nihilo minus tamen eandem notio-  
nem, quam alio verbo *mercatum* hodie nominari scimus, sub  
*nundinarum* quoque appellatione venire, adparet non solum ex  
Glossariis mediae Latinitatis <sup>d</sup>), sed et auctoritate vsuque  
Romanorum scriptorum confirmatur <sup>e</sup>). Quamquam vero,  
cum compositio huius vocabuli, tum deriuatio *youem* potissimum  
dierum spatium notat, idem haud incommodo tamen ad  
missalia tempora translatum esse videtur. Licet enim, vt quod  
ex temporis Romanarum nundinarum missarumque nostrarum  
ratione et similitudine peti forte posset, argumentum prorsus  
mittam, alia sane fuerit illarum, quam nostrarum natura et in-  
doles <sup>f</sup>), illud tamen insitiari nullo modo possumus, quod fines  
earum

d) vid. CANGIVS in Glossar. med.  
et inf. Latinit. in voce: *Missa*. C. G.  
HALTAVS in Gloss. med. aeu in  
verbo: Messie. pag. 1342.

e) Sic CICERO aliquando Capuan  
urbis Romae nundinas dicit. Ceterum

vid. COLVMELLA praef. L. I. PLI-  
NIVS Ep. V. 4.

f) Omnino vid. GRAEVIVS, in  
Thef. Ant. Rom. T. VIII. pag. 775. E. fl.  
FESTVS de verbor. sign. sub voce:  
*nundinae*. MACROB. Saturn. L. I. 16.

earum communes fuerint nostris mercatibus, hoc est, emtio  
atque venditio, necessitas vtilitasque.

Ad *Missam* quod attinet, primum idem significasse,  
quod missio dicitur, notum est, quid, quod eam potissimum  
indicauerit, qua sacrifici peractis, mysterioque sacrae coenae  
incipiente, catechumeni et energumeni diacono iis: ite, ite,  
missa est! adclamante, dimittebantur <sup>g)</sup>). At cur primitiuam  
hancce missae significationem nundinis vt synonymicam media  
aetas deinceps substituit? Ex origine missarum hoc dupli-  
modo deduci posse arbitror. Concurrere quippe solebat oc-  
casione sacrarum missarum incredibilis hominum turba, quibus  
opus erat ob commorationis diuturnitatem variis rebus cum  
victus necessitati, tum vitae commoditati inservientibus.  
Quare opportunissimam hanc exponendi vendendique merces  
occasionem perplacuisse mercatoribus, quis facile miretur?  
quorum lucris uberrimis plures esse subinde ad imitationem  
abreptos, naturae rei et negotiatorum auiditati optime con-  
venit. Accedit, quod a primis inde temporibus, vt et hodie  
post dies feriarum plerumque fit, proximis finitae missae sa-  
crae diebus inchoari solemnes nundinas solitae fuerint. Sed  
haec, ne a scopo aberremus, de verbis fecisse verba sufficiat.

g) Conferendum omnino I. G. de eo quod circa missam parochi au-  
WACHTER in Glof. Germ. sub diendam iustum est, Würceb. 1784.  
voce Miss. pag. 1704. P. LUDEWIG

## §. III.

## De variis nundinarum generibus atque fatis.

Cum *iustitium*<sup>b)</sup>, (graece: *ἀπρᾶξια*<sup>i)</sup>, Glossa vetus: *ἀπράντοι ἡμέραι*, *dies iustitii*), de quo tractare nobis proposuimus, intra solennes tantum nundinas obseruari compertum habeamus, transeundum erit ad diuisiōnem nundinarum, quae quāta est, nec hoc loco qualicunque animaduersione praetermittenda videtur. Neque enim *solemnitatis* solum et *temporis*, sed *obiecti* quoque et *ambitus* ratione distinguuntur. Huius generis sunt *generales*, in quibus omnis genetis res vēduntur, et *partiales*, quae specialium rerum causa habentur<sup>k</sup>). Illius sunt *publicae*, vel *solennes*, vel *priuilegiatae*, et quae his opponuntur, *priuatas*, vel *minus solennes*, vel *non priuilegiatae*. Vernacula lingua posteriores, quae *hebdomadales* quoque audiunt, (Woehn Märkte,) quae anniversariae simul dicuntur *priores*, (Fahrmärkte,) nuncupantur. Ceterum illas non tam *nundinas*, quam *mercatus* rectius appellandas esse, licet in libelli inscriptione auctoritati aliorum, qui de nundinis solennibus scripsere, vocis: *mercatum* vñi nimis officere veritus, non possum tamen non hic monere. Sunt autem *vniuersales*, qui toti eidam prouinciae, vel *speciales*, qui vrbī vel vico certo concessi sunt. Porro vel *in specie sic dictos*, (Fahrmärkte) abeunt, vel *missas*, (Messen,) prout puta horum cum expresso<sup>j</sup>) *missarum* nomine

b) Sēu, vii GELLIVS Noct. Att. Lib. XX. Cap. I. §. 43. loquitur, *iuris plenum et iuris statio*, aeris confessis ac debiti iudicariis intra triginta dies *iustos*, conquirendae pecuniae causa, quam dissoluerent, data.

i) vid. PLUTARCHVS in vita Syliae, Cap. 8. Tom. III. pag. 90. edit. Reilk.

k) Ex his in primis quidem eminent nundinae quae ex venditione lanae et iumentorum specialia nomina: der Woll und Weihmärkte sunt adeptae.

j) Idem in Rec. Imp. de anno 1751. §. Diesem zu begegnen, dicuntur: Messen, Fahrmessen, offne, freye Messen.

nomine in privilegiis Imperatorum mentio facta, tum plerumque campanarum pulsu initium omnibus denunciatum est, illorum vero non. Nec denique indelibatam vtriusque generis diuisionem relinquam: *mobilium* et *immobilium*, qui ex certo vel incerto quo incipiunt die, nomen sunt foris<sup>m</sup>). Quae reliqua existere forsitan possunt circa nundinas discrimina, ita sunt specialia et fere levia, ut nomen peculiare merere vix videantur. Haec igitur de generibus mercatuum variis dicta sunt, naturam eorum aeque indagemus.

Nundinis minus solennibus mercatus publicos multo esse splendidiores atque praestantiores, et experientia, et ipsorum concedendorum ratio testatur. Namque illas cuiuslibet territorii princeps libero arbitrio potest non ordinare solum ciuiumque saluti quoquis modo accommodare, sed mutare etiam aut proorsus tollere; qua mercatus vero, qui ad nostram rem vnic spestant, rem fese alter habere, iuris publici praecepta et historia comprobant<sup>9</sup>). Licet enim, ut reliquas hoc loco mitram nundinarum solennium preaminus solennibus praestantias, vix omnes nundinas celebriores, quae hodie habentur, Imperatorem instituisse, possit contendи, inde tamen easdem publicarum et priuilegiatarum iura adipisci, si fuerint Caesaris auctoritate confirmatae, iure censendum esse existimo. Quam ob rem plures etiam DD. reseruatis Imperatorum regalibus non immerito adscribunt missarum concessiones atque priuilegia<sup>9</sup>),

B 2 quain-

m) Sic, quae Lipsiae post festum Paschatos et S. Michaelis missae celebrantur, mobiles sunt, cum illa, quae Calendis Ianuariis quovis anno incipit, immobilis recte appelletur.

NER Obs. pract. voce Messe, Casper KLOCK de contribut. Cap. 3, no. 76. Ioh. Phil. HAHNIVS d. de iure instituendi nundinas in Imp. Rom. Germ. Mogunt. 1752.

vid. MARPERGERVS Cap. I.  
SPEC. SAX. Lib. I. Art. 26. II. Art.  
36. III. Art. 66. WERNHER Sel.  
Obs. for. P. VIII. Obs. 425. fl. WEH-

o) vid. FRITZSCHIUS de regali  
nundinarum iure ac priuilegiis, Cap.  
III. et IV. C. ZIEGLER de iure ma-  
iest. L. I. Cap. 42. §. 2.

quamvis alii, et minus quidem recte, repugnare iis legantur. Priorum saltē sententiae annunt plura variarum vrbium, quae sola Imperatorum liberalitate concessa exstant, variū tenoris priuilegia. Ceterum memorabilior digniorque hanc in rem mihi visus est ac qui reticeri debeat, laudati FRITZSCHII locus<sup>P</sup>). Ita enim differit: *subsequentes imperatores illud ius, (nundinarum scilicet solennium) pro derelicto non habuisse, priuilegia nundinarum Francosurtenſibus, Argentoratensibus, Lipſiensibus, Numburgensibus altisque pluribus inducta dubitandi facultatem adimunt.*

Antiquissimae aetatis esse nundinarum vestigia supra (§. II.) exposuimus; sed quae fuerunt earum incrementa? Omnia nundinarum genera cum ex commerciorum cuiusque aetatis statu primam, tamquam ex fonte, originem omneque quasi nutrimentum hauserint, necesse quoque est, ut ab horum copia aut raritate celebritas illarum aut infrequentia vnicē pendeat. In Germania quidem, ex quo reges suos habere coepit, innotuit commerciorum utilitas, eademque magis postea magisque artis studio promota esse legitur. Ottonum Henricorumque aeuo in iisdem regionibus mercatura ea in primis augmenta cepit, ut societatum mercatoriarum saeculo iam XI. et XII. exempla, foederisque Hanseatici, anno Ch. CCCCCCLXXXII solenni modo renouati saepiusque deinceps confirmati eodem saeculo certae indubitateque origines occurrant<sup>q</sup>). Mox exteræ quoque nationes populique complures, qui

p) Legitur Cap. IV. §. 18.

q) vid. Lib. *Baro BACHOFIVS AB ECHT* de en quod iustum est circa commercia inter gentes, ac praecepue de origine et iustitia societatum

mercatoriarum, Ienae, 1730. A. ANDERSONIVS, (cuius liber ex Anglia in patrum linguam transuersus, ita inscrip̄us est: Geschichte des Hanzels von den ältesten bis auf jetzige Zeiten, Rigae 1773. 8. Tom. VI.) T. I. pag.

qui altis vitae quaestusque generibus dediti antea fuerant, spretis his, mercaturaे operas ita nauasse leguntur, ut parum nonnunquam absuerit, quin celeberrima regna, potentia opibusque florentissima longe superarint atque praeſtiterint<sup>r</sup>). Quae incognitæ desertae viae iacuerant, inuestigatae et cultæ proficiscentibus aperiebantur. Maria quoque, quae transportandis mercibus optime inferiunt, in primisque Balticum ſeculo XIII. et XIV. nautis fecabantur, largiorque fiebat nun-dinatorum vndequeaque confluxus. Quae cum non spernenda fuerint, quin aestimanda commerciorum incrementa, non iniuria laudandi videntur principum omnes, qui id maximo opere meditabantur, ut conditionem eorum non stabilirent ſolum atque confirmarent, ſed amplificarent etiam atque extenderent. Omnes igitur necessitate utilitateue conſpicua erigendis publicis mercatorum conuentibus vnicę intenti, ſecuritatē eorum quocunque modo adiuuandam eſſe vnanimi quasi suffragio iudicabant. Primus Fridericus III. Imp. mili-

## B 3

tum

pag. 567. ff. vbi quatuor in primis vribes: Lubecum, Coloniam Agripp. Brunschwigam et Dantiscum, tanquam iphiſ ſoederis capita recenſet. Quantum tandem noſtra aetate recentiſſima ſit Anglorum cum Galloſ de ſoederib⁹ mercatoriiſ cum liberis Americae ciuitatibus ineundis certamen, accurate expoſuere cum SCHEFIELD, PRICE, CHALMERS, CHAMPION, EDWARDS, et cit. ANDERSON, tum RAYNAL, MABLY, MIRABEAU, CLAVIERE et BRAS OT (Warville) quorum duum-viri ultimi integro Tom. III. libri: Nouveau Voyage dans les étaſ-unis de l'Amérique Septentrionale, Parisis 1791. 8. editi, gentem suam, foede-

ris ſociam ſtudioſiſſime commendant liberis ciuitatibus, quea conciue THOMA PAYNE teſte, nym cum Gallis Angliſue paciſcendum ſatiuſ fit, adhuc ambigunt.

r) vid. ANDERSONIUS modo cit. qui Libri in primis II. III. et IV. plura hanc in rem congeſſit exempla. Ceterum in Italia tunc temporis Florentiae, Piſac, Genuae, et Venetiis ob merces ex Oriente copioſe vextas celeberrima emporia prodierunt; in Germania Brema, Auguſtiae Vindellicorum, Francofurtum, Hamburgum, et Norimberga inclareſcere mercatūra cooperunt.

tum comitatibus negotiatores per itinera tuetur<sup>s)</sup>, alii equitibus missariis et custodibus viarum, (Landleute, Geleitseleute,) aut poenalibus sanctionibus iis prospiciunt<sup>t)</sup>, alii denique consulunt priuilegiis. Quae licet tanta fuerit negotiationis prospicienda cura principum atque sollicitudo, nec nostra tamen aetate aequalis, vel seuerioris, etiam vestigia deficere, conductus ille Norimbergensis, ut hoc statim vtar, et alia instituta saluberrima satis probant. Haec itaque, ut ad ipsa nundinarum priuilegia transire possimus, haec tenus.

#### §. IV.

##### *Varia sunt nundinarum priuilegia.*

Egregie CICERO<sup>u)</sup>, mercatura, inquit, si magna est et copiosa, multa undique apportans, multisque sine vanitate impariens, non est admodum vituperanda, atque etiam si satiata quaestu, vel contenta potius, ut saepe ex alto in portum, ex porta ipso in agros se possessionesque contulerit, videtur iure optimo posse laudari. Et vero etiam SENECA<sup>v)</sup> multo pluris facit mercaturam. Mercator enim, inquit, ita urbibus prodest, ut medicus aegroto, mango venalibus. Quid? quod TRIBONIANVS auctoritate Platonis ciuitatem bene beateque sine negotiatoribus habitari non posse contendat<sup>w)</sup>. Quae tanta mercatura utilitas cum non incognita Romanis fuerit, nec id erit mirandum, quod eorum legis-

s) Anno quidem 1442. vid. Rec. Imp. eiusdem anni, quocum conferendus Rec. Imp. de anno 1576.

t) Sie Ioh. Georgius I. Elect. Saxoniae Lipsiae vrbis viarum praefectum in diplomate anno 1652. constituit.

u) de Off. Lib. I. c. 42.

v) de Benef. Lib. IV. c. 12.

w) Lege ff. 2. de nundinis, cuius verba ita sonant; indigit ciuitas pluribus virisque rusticis, et aliis opificibus et aliis ministrorumibus, itemque his, qui inueniuntur vel euident singula, bi autem sunt negotiatores.

legislatores varias largiti sint mercatoribus immunitates, quārum quidem praecipuas lege Cod. vnicā de nundinis atque mercatibus sanctitas legimus. Sed eadem quoque auctoritas, idemque studium nostra aetate negotiationi tribuitur. Neque enim, cum in eo omnes consentiant, quod mercatura, quam CICERO dicit copiam et magnam, grauia et fere infinita emolumenta afferat reipublicae, candeni mox esse singulari saurore a principibus cultam, summa laude dignum quisque iudicabit<sup>x).</sup> Quae recentioribus igitur temporibus variae indolis priuilegia nundinis solennibus concessa reperiuntur, eximio studio collegit MARPERGERVS<sup>y).</sup> At cum alia eorum (quorum nec quodlibet tamen genus libelli elaborationem aequē tangit,) ad certas potissimum vrbes, aut mercatores, aut deinde merces eorum pertineant, non immerito seorsim quaeque tractanda mihi videntur. Quae primo loco commemorata iamiam sunt mercatum iura, non dico nihil, attamen parum tantum ad propositum faciunt, paucisque verbis erunt absoluenda. Cum enim priuilegiorum missalium vniuersalium quasi traditionem fines scriptionis recipere recusent, ad patria in primis atque ea nundinarum iura, quae iustitii octiduum respiciunt, restringere dissertationem suaſit necessitas, pietasque me compulit<sup>z).</sup>

Pleraque autem eorum, quae ciuitati Lipsiensi indulta ab Imperatoribus exstant priuilegia, huius fere sunt naturae atque valoris. Tres adeo mercatus publicos instituere statis temporibus per annos singulos licet<sup>a)</sup>: propinqua oppida intra certum

<sup>x)</sup> Vberius hoc exposuit Perill.  
Lib. Baro de GvTSCHMID, in diss.  
de sauro commerciorum. Lips. 1750.

<sup>y)</sup> In libro supra §. I. laudato.

<sup>z)</sup> Primus, Misniae March. CONRADVS, Lipsiae indulxit duplicitis mis-

sae ins, quod sequentes principes non sine augmentatione repetierunt, vid. I. G. SCHVLZI: Beschreibung der Stadt Leipzig. Lips. 1754. 8.

<sup>a)</sup> Quod ita in diplom. Maximili-  
ani

16

certum regionis tractum, XV. puta militaria, quo minus idem suscipiant arcere<sup>b)</sup>, Stapulae<sup>c)</sup>, Geranique<sup>d)</sup> iara competent, saepiusque sunt et iterum a Maximiliani I. inde aeuo confirmata. Controversias quoque negotiatorum cum ex specialibus obseruantii, tum scriptis etiam legibus<sup>e)</sup>, proprioque iudicio mercatorio dirimere ampliss. magistratui Lipsiensi<sup>f)</sup> permisum est. Quod quidem ius, licet aliis quae commercio florent, vrbibus commune reperiatur, utrum magis tamen favori commerciorum quam causarum mercatoriarum qualitat, quae

ani I. de anno 1497. indicatur: Wit die Stadt Leipzig dieser nachberührten Jahrmarkte, nähmlich eines jeden Jahres einen auf Sonntag libilare anzu fahren, und bis auf den Sonntag Cantate dārnach währende; den andern auf den nächsten Sonntag nach St. Michaelis Tag anzufahren, und 8 Tage die nächsten drauf währende, und den dritten den heil. Neujahrestag anzuhaben, und auch die nächsten 8 Tage dars auf folgende zu währen, in ruhiger Ue bung und Gebrauch gewesen und noch seyn *sc.*

b) Secundum Privilegium Maximilianeum de anno 1507. quod alias postea normae fuit.

c) vid. BORNIVS, in diss. bin. supra §. I. laudatis.

d) Euoluenda omnino est Ordinatio explorandi merces ad libram (Wagordnung), Lipsica de anno 1597. in Stat. Lips. pag. 118.

e) Ordinatione indicii mercatorii, anno 1632, ex principiis gratia patrias clementissime confirmata, aliquaque

edictis, quae inspicere sunt in Statut. Lipsiensibus.

f) Qui quotannis ex gremio vnum ex praetorium cum Iure Consulato uno et duobus mercatoribus huic iudicio deputar, ut iuri in causis, &c. Ord. Iud. merc. II. et III. recensitis, diebus Lunae, Mercurii, et Veneris antemeridianis, tribusque ante nundinas diebus continuis, totidemque iis finitis, cum ante, tum post meridiem dicundo, litibus mercatorum sine ambagibus componentis videntur. Causae &c. cit. recensitae his verbis: „Da der Verklage ein Handelsmann ist, und welche (Sachen) von Mercanz, Handlung und Wechsel herkommen, dieselben angehen, und davon dependieren *sc.* comprehenduntur; sique ob horum verborum generalitatem, ut interdum, num actio in iudicium deducta illis &c. §. adnumeranda sit, nec ne, dubiteatur, disceptetur. Sic reus reue coram hoc iudicio conuenita, quae negotiati se negavit, demonstratione ideo sibi iniuncta quantum satis peracta, ob fori declinatiam absolvitur.“

quae teste MONTESQVIOV<sup>g)</sup> celerrimam requirit<sup>h)</sup> decisionem, debeat originem; nisi vtrumque statuere malimus, dijudicare vix audeo. Tandem multa insuper alia iura emporii Lipsiensis accedunt, quae tamē omnia praeter iustitii consuetudinem non-huius loci amplius esse propterea videntur, quod tantum haec exempli et illustrationis causa hucusque sunt allata.

### §. V.

#### *De iustitio nundinali in genere eiusque prima origine.*

Ipsum missarum iustitium vberiori tractatione tanto aptius nobis visum est atque commodius, quo fere difficilius erit auctorem inuestigare, qui operam huic arguento impenderit peculiarem<sup>i)</sup>. Quantum enim doctrinae fortasse et elegantiae nostro libello desit, cum propositi nonitate aequis iustisque rerum arbitris omne compensandum esse, haud temere sperare licuit.

Nundinarum dies ab antiquissimis inde temporibus feriarum locum tenuisse, pluribus auctorum veterum locis confirmatur. Romanos quidem improprie nundinas pro feriis colluisse, ideo colligendum, quod contra feriarum obseruantiam nihil tamen minus sari illis temporibus legis Hortensiae de nundinis

g) In libro supra allegato T. II. c;  
16. extr.

h) Neque vero aliam ob causam nuncii consulum nomine a principibus ad exteras gentes vi paci specialis mitti solent, quam eo consilio, vi iudicandi munere, defuncti lites, inter suae gentis mercatores negotiationis intuitu ortas, ex aequo et piano cognoscant atque decident.

i) Licet de iustitio enim in genere Henr. HVYSEN, Argent. 1689. et Iust. Henn. BOEHMER, de eo quod iustum est durante iustitio, Halae 1705, dissertationes evulgaverint, de eo tamen, quod nostris temporibus intra nundinas habetur, feriato ostenduo, quotquot legi de mercatibus scripta, ne verbum quidem inueni.

nundinis auctoritate liberum erat. Germanis contra merae feriae fuerunt, et praeter mercatoria, aliis negotiis omnibus abstinuerunt. Missas aequali lance accensuerunt vindemiis, mesibus; aliisque feriis humanis. Quod nec adeo iniuste factum esse propterea videtur, quod grauitas negotiorum nundinalium et abundantia vacationis eiusdem ab aliis, causa et fuit, et semper erit, fatis necessaria. Hinc actus quoque iudiciales, quorum innoxia erat dilatio, ad proxime futura ex illis temporibus sunt protracti <sup>k)</sup>). Quia in re primas iustitii nundinalis origines praecipuasque causas inuenisse mihi ita visus sum, ut ad naturam ipsius statim progrediar. Quamquam vero haec usu magis et obseruantia cuiusque loci continetur, quam scriptis praeceptis, vix certo definiendam esse illam iurisdictionis civilis administrandae intermissionem adparet; in quibus sepe in primis tamen exferat, videamus.

Nemo potest durante prima missae septimana integra, (in der eigentlichen Weiswoche,) in ius vocare aduersarium, actione experiri, diem obire, executione procedere, aut alium omnino contentiosae iurisdictionis actum coram tribunal iuscipere. Quae cum ita sint, licet forum tunc temporis clausum undequaque videri poslit, criminalibus omnibus exceptis, nec inueteratas tamen causas, quae iamiam in iudicio sint agitatæ, excipiendas esse negarem. Certe in his promiscue termini ordinandorum actorum et publicandæ sententiae, probationis item et reprobationis fatalia intra iustitii spatium currere solent. Et vero etiam manifestum inde esse arbitror,  
quod

k) Sic terminum executionis intermissione iustitium in patria vibet certe est obsoletum, ut in contraria nulla nobis exister memoria.  
praefigere ni expresse prohibutum, ita

quod nundinarum nostrarum ferias et inter Romanum iustitium intercedit discriminus<sup>1)</sup>.

## §. VI.

*Iustitium consuetudine magis, quam dispositis Imperatorum  
privilegiis introductum est.*

Omnis omnino in hac quaestione res eo redire videtur. Primus fuit haud dubie iustitii nundinalis finis otium nundinorum atque securitas. Quibus rebus frequentiam missarum omnemque rem commerciarum eximie prouinotam esse videamus. Tantam utilitatem causam simul incommodi fuisse dolendum!

Sunt bona mixta malis!

Ipsa vero consuetudinis ob finem sane laudandae principia ex certis Imperatorum diplomatis vix possunt, utri aiunt, ex professo deduci, colligi tamen et hauriri ex pluribus scriptarum legum privilegiorumque missalium locis, ita, ut accidente quotidiani usus auctoritate, de veritate ipsius atque certitudine haud amplius possit dubitari. Licet enim non defuerint interdum litigantes, qui serio sibi et anxie praeviaque qualicunque causae demonstratione expeditionem passus cuiusdam judicialis durantibus missae feriis a iudice petierint, semper tamen esse eosdem ad futurum tempus utile reiectos, certo relatum acceptimus. Cum huius igitur iustitii, quod uno verbo *nundinales*

C 2

uale

1) Apud Romanos enim plerumque fere iustitium obtinebat aut publicae laetitiae, v. c. pacis et victoriae, aut communis moeroris, v. c. belli et seditionis aliusque publicae calamitatis occasione. vid. TACITVS Arnal. L. II. 82. ff. III. 7. APULEIUS Met. IV. extit. LIVIUS Hist. L. III. 3.

X. 21. HORATIUS Od. IV. 2. 43.  
LVCANVS V. 21. In primis etiam Calendis Ianuariis, quibus magistratus atque consules magistratum inibant, vid. NOVELLA IOS. cap. I. apud Romanos ius dicere veritum sec. Leg. 5. ff. de feriis.

= = = = =

*nale dicere nobis licet, tanti sint fines et praestantiae, ut, criminali causa excepta, nec iis civilibus locum concedant, quae moram ferre vix possunt, quid, quod interea prorsus iustitiam exterminasse e foro videantur, iniquissimum hoc quidem respectu atque perniciosissimum erit censendum.* Namque nullam esse posse vlo temporis momento sine summa iustitia rem publicam, experientia aetatisque nostra historia in primis testantur. Quodsi quis autodices tunc temporis viam ei, cui opus parata esset et propta iustitia, ingredi licere sibi persuaserit, nisi plus, quam opinari hoc, argumenta contraria impedit, non adeo esset mirandum. At vero magistratus arbitrio semper relictum est, cause, si opus fuerit, cognitione instituta, prospicere ciuium salutem quo fieri vnuquam potest modo. Vnde et praecepta illa, quae artis nomine *de iudicio fisci* appellantur, nec non hodierni usus sunt, primam summis originem, vero est, quam quod verisimillimum. Si enim tempestue imperata sunt a iudice, publicaque auctoritate hospitibus debitorum suspectorum iniuncta, tantam creditoribus praestant securitatem, ut litis inde pendentia oriatur, cuius saluberrimi effectus actoribus plurimum in iure prosunt.

### §. VII.

#### *De viribus iustitii exponitur.*

Fides mercatorum, qua negotiatio mirum fere in modum adiuuatur, quo magis confirmetur atque augeatur, tantum auctoritatis leges nostrae cambiis tribuerunt, ut debitor, recognito chirographo, nec debito tamen soluto, donec satisfecerit actori, in custodiam detur. Qui quidem strenuus iuris cambialis rigor, nec quidquam tamen mercatum temporibus efficit, nisi expresse renunciatum sit in cambio immunitati nondinali;

dinali; quod securitatis praestandae causa valide a debitoribus fieri, publicis legibus permisum est<sup>m)</sup>). Quia in re grauem iustitii vim versari certum est, vtrum plus in utilitatem quam detrimentum reipublicae, facile ambigendum. Saepe enim accidit, vt debitores dolosi, prout nonam fraudis ansam, illam paratae exectionis cessationem arripiant, palamque degentes ad ultimum usque septimanae nefastae diem, quin ad ultimae horae priuilegiatae extremum momentum, ex quo temporis lapsu comeniri a creditoribus potuissent, statim dispareant, fuga legum cambialium iustum seueritatem eludentes. Creditores inde, vel rerum suarum curiosissimos, nihilo secius ramen defraudari posse, satis est in aprico positum; quodsi improbos vero illos spectaueris, nil aliud esse iuris nundinalis, quae iamiam exposita, sequelam, quam optimam delinquendi occasionem, invitationem nocendi quasi publicam, summumque malorum incitamentum. Quid magis autem esse potest naturae rei contrarium fraudibus istis? Quid fidei mercatorum necessariae perniciosius?

### §. VIII.

*Ad indignos iustitium nundinate extendi haud potest.*

Iam licet primo intuitu ad omnes pertinere, qui missam frequentant, ex causis, quibus ipsa nititur, obseruantia iustitii nundinalis videatur, nec plures tamen causae desunt, cur re accuratius considerata, vel huius legis beneficio indigni declarandi sint ii, qui dolo malo et malitia fuerint versati. Quo minus etiam actu posse pro re nata eosdem detineri existimus, nihil obstat. Quamuis haec enim sententia priuilegio-

C 3

rum

m) Quod iustum sit omnino circa sache des Wechselrechts. Lips. 1784. 8. §.  
hanc renunciationem, exposuit Ill. L. 20. et 45. ff.  
L. E. P. VITTMANN, in libro: Grund

=====

rum supra allegatorum, generalitati e diametro, uti ferunt, repugnet, ob iuris tamen, quod circa priuilegia obtinet, analogiam, et quae singulorum commodis semper praeponenda, salutem publicam, iure meritoque aliorum<sup>n)</sup> opinionibus praferendam esse iudicamus. Quidni scilicet is, qui cum olim iamiam in fraudem creditorum neglectoque monitorio judiciali, a quo momento desierat iustitii tutamen, fuga solvendi necessitate sese liberauerit, priusquam proximis nundinis idem perpetraret, durante etiam iustitiae intermissione carcere detineri possit<sup>o)</sup>? Aequali modo eos quoque priuilegiorum nundinalium patrocinio securos tantum, non tutos esse adparebit, qui, ut hoc vtar, facinus quoddam sese machinari praesenti missa, alicui manifestarint. Omnino autem plus esse in hoc, quam superiori casu, ideo constat, quod ipsum delictum illo, quatenus vero tertio cuidam innouerit, hoc casu cogitatio nuda puniatur. Quae cum ita sint, in vnaersum de iustitiae per nundinas vacatione hoc sciendum esse putto: quod per se iure quidem sit referendum inter damna privilegiorum nundinalium, ideo tamen, quod multis in causis omnino cesseret, ex aliis rationibus valde restrictum, haud esse, quod primum videbatur, adeo periculosum. Sed cum ea, quae magis ad corroborandam nostram sententiam faciunt, aptius infra immunitatis nundinalis occasione inferenda nobis visa sint, ipsa iamiam mittimus. Quod reliquum est, sicuti in foro huius ciuitatis senatorio iustitii obseruantia intra octidui spatum, ita et in Supremae Curiae prouincialis Conciliique iudiciis obtinet, Consistorialis iurisdictionis ratione per integrum

n) Qui argumento Legis ult. ff. de constit. Princip. ad generalitatem privilegiorum nundinalium; quae pertinent hoc, vnicce provocant vid. BARTHOVIVS in Not. ad IVsemonem de nund. n. 2. MOLLERVS ad Constit.

EL. XXX. Part. I. no. 8. et CARPOVIUS ad eand. Constit. no. 4. et 25.

o) Eundem casum innuere vide. tur III. PVITTMANN, Lib. si. c. §. 47.

gram missam, Praefecturalis vero Electoralis non attentata. Ceterum eadem iustitii missalis consuetudinem Lipsiae non solum, sed aliis quoque emporiis, veluti Francofurtensi, Numburgensi, Brunsuicensisque propriam reperiri animadverto.

### §. IX.

*Num renunciari iustitio possit quaeritur.*

Sequitur altera, quae circa iuris interstitionem occurrit quaestio: de renunciatione eius, num licita sit nec ne? Neque vero leuis momenti esse censetur haec disceptatio, cum latissimam priuilegiati octidui potestatem esse supra sit vberius expositum. At vero non ademtam esse nundinatibus et expresse et tacite renunciandi iustitii facultatem, variis ex causis pro certo persuasum habemus. Quamquam enim ipsa consuetudinis dispositio iudices aequi tangit ob implicitam otii largitionem, ac mercatores ob securitatem; nec ideo tamen pro iure haberi, quod omni ex parte mercatoribus sit proprium, nec nostra sententia inde infirmari posse videtur. Primum enim constat inter omnes, immunitati nundinali eodem modo, seu verbis et factis valide posse in securitatem creditorum renunciari. Et vero etiam licet varia ratione plus iustitii quam immunitatis missalis renunciationi inesse videatur, re tamen, cum altera ex parte perpensa, eadem utriusque renunciationis qualitas atque ratio intercedat; non incongrua erit ab illa ad hanc conclusio. Deinde quisque facile concedet, non immunitatem solum nundinalem, sed iustitium quoque potissimum esse in favorem mercatorum inuentum, et quemlibet libere posse aut in favorem suum concessu in sui detrimentum renunciare; tum utrisque rationem esse creditorum securitatem, ipsorum natura edocemur. Iam cum affirmatiuae sententiae veritas ob causas

—————

causas modo allatas satis firmata esse videatur, de renunciacionis ipsius amplitudine et efficacia adspergere pauca voluimus. Neque vero ultra, quam verbis chirographi, quod pro documento renunciationis assumamus, temporis aequae ac loci ratione expressum est, vires ipsius extendendas esse, ex analogia aliarum renunciationum iure optimo reputandum censemus.

## §. X.

*De immunitate nundinali.*

Cum ad hanc usque paragrapnum de natura iustitii, ratione atque effectu commentati simus, ad ea demum nundinorum priuilegia procedere competit, quae cum ipso iuris stitii more arctissimo cohaerent vinculo, et ita, ut quasi pro fundamentis eius firmissimis haberi possint. Primum reliquorum omnium locum tenet nec Romanis<sup>p)</sup> incognita illa immunitas missarum, cuius vulgare hodie nomen: Messfreyheit. Est ipsa autem nil sane aliud, quam priuilegium missarum Caesareum, vi cuius<sup>ii</sup>, qui negotiandi causa missam frequentant, aut civitatis vel incolatus iuribus gaudent, intra octiduum feriatum integrum ita sunt civili iurisdictione, non quoad personam, sed bona etiam exempti, ut ob civilem obligationem ne ullam quidem, nec coram iudice conueniri, ne dum carcere mancipari possint<sup>q)</sup>). Initium eius aequae ac finem solenni campanarum pulsu (durch das Ein- und Auslauten) palam et quasi peremptorie significari, vix opus est admonere. Sicuti vero reperiuntur antiquissimae eius origines<sup>r)</sup>, ita et multiplices effectus,

quos

<sup>p)</sup> vid. supra §. IV. et infra §. XI. Aug. T. II, pag. 2079. Ord. Proc. Rec. Tit. XI. §. 5.

<sup>q)</sup> In Saxonia hoc expresse praecipi- <sup>r)</sup> Iam inde enim a sec. IX. et X. pit Mand. d. d. 6 Sept. 1718. in Cod. ff. constituerunt episcopi in synodis, quas

quos sigillatum pro instituti ratione contempleruntur. Ordinem in uniuersum inde putamus, quod urbem intrare vi legis huius permisum sit missarum tempore cuiusvis fortis et conditionis hominibus, nulla nec religionis atque dignitatis, nec ordinis et status ratione habita<sup>5</sup>). Qua re adeo fauorabili cum nundinarum frequentia maxime sit adiuta, non parum quidem commerciis esse prospectum quisque videbit, salutem tamen publicam securitatemque internam periculo simul esse expositam, suspicari licet. Quo, quaeso enim, modo fieri aliter possit, nisi ut in tanto hominum confluxu multi quoque accedant, qui hominum nequam, nebulonum et vagabundorum numero inesse non iniuria semper praesumi solent. Et vero etiam hunc esse sensum paroemiae veteris Germanicae: Wenn die Messen sind gelautet ein, so kann Schelm und Dieb herein, diligenter exposuit FRITSCHIVS<sup>6</sup>). Ecquis vero est, qui dubitet, talium hominum greges ciuitati vel optime ordinatae nihilo tamen minus noxios esse, et tanto magis pertimendos, quanto fere minus praeter occasionem delinquendi, voluntatem tum deesse experimur. Accedit enim, quod peruersa plerumque opinione mali homines eo perduci reperiantur, ut nundinarum priuilegiis se satis tutos, impune quidquid sceleris posse committere existent. Huic autem opinioni tantum veritatis deest, ut delicta potius, quae durantibus nundinis patrantur, duplici poena esse coercenda ob violatam securitatis nundinalis

quas vocabant Treugas Dei, publicas inducias, ita ut mercatorum immunitatem sanctam inde esse voluerint. Cuius quidem rei luculentum exemplum exhibet Treuga Dei in concilio Narbonensis Ao. 1054, §. Kal. Septembr. per X. episcopos sancta ap. Steph. BALVIZIUM in additam, ad P. de Marca, de concord. sacerd. et imper. L. IV. c. 14.

s) Huius quoque concessionis auctorem extitisse Maximil. I. ex diplomate eius d. a. 1507. quod alii deinceps principes repetierunt, satis elucet. vid. Stat. Lips. p. 7. fl.

t) In Gymnasm. iurid. f. alleg. C. VII. §. 78. fl.

dinalis sanctitatem haud absonum foret contendere. Non ab omni igitur damno aliena esse illa missarum priuilegia, re penitus considerata, luculenter adparebit.

Quae cum ira sint, ne quis praecipiti forsan suffragio conclamandum esse de utilitate illorum priuilegiorum censeat, diuersos quoque modos explanare meum puto, quibus strenue ciuitatis securitas defendatur. Plures esse et varios mox videbimus. Haud enim dubie magistratus introitum denerare ius omnibus poterit, quorum improbitas ex idoneis causis certo presumenda est<sup>v)</sup>, quippe cum plurimum intersit malificis rempublicam purgari. Quod et fieri interdum, exemplo sunt fures et homicidae omnesque omnino quietis publicae turbatores corruptoresque dolosi, qui quoquis tempore comprehensi vinculis cohibentur. Praeterea nullum unquam priuilegium eius naturae est, quod suos non habeat fines, aut ideo concessum, ut extendatur ad indignos<sup>w)</sup>. Banniti adeo et relegati expresse ab immunitatis priuilegio eximuntur<sup>x)</sup>, excommunicati Iure Canonico exclusi leguntur<sup>y)</sup>.

v) Cuius facultatis iuuentum vestigium eo v. c. latere videtur, quod ii in primis, qui per nundinas in urbe degere cupiunt, si villa ratione suspiccionis nota laborent, de vitaq; usque ratione accurati examinari soleant; ne eorum mentionem faciam, qui speciatim ad prouocandas litteras commeatus (Pdse) in urbe patria obstrici sunt. Quod enim circa Iudeos v. c. hac in re iustum sit, vberius disponitur Ord. Iudacorum in Stat. Lips. p. 133. ff.

v) De nundinis hoc speciatim praecipit L. III. §. 2. ff. de feriis et dilat. et div. temp. vbi haec inueniuntur: Item in eum, qui quid nundinarum nomine aduersus communem utilitatem acciperit, omni tempore ius dicitur.

w) vid. Ord. Pac. Publ. d. a. 1548. CARPOVIVS ad Const. Elec. P. I. 30. no. 4. et 20. ff.

x) vid. Can. nemo, 47. XI. q. 3. STRAVCHIVS in diff. exot. 6. th. 5.

§. XI.

*De mercium nundinalium sanctione.*

Sequitur ultima iuris nundinalis a communi exemptione, quae licet merces tantum nundinatiorum respiciat, non minus tamen facit ad sustinendum iustitium, quam prior illa atque latior. Sed quo melius procedat nobis priuilegiorum huc pertinentium interpretatio, de notione mercium nundinalium haec statim dicta sunt. *Merces*, quae hoc loco innuuntur et vulgo dicuntur: *Meßwaare*, *Meßgüter*, omnes sunt eae res, quae natura productae arteue preparatae missarum occasione emporii apportantur eo consilio, ut ab iis emanentur, qui pro pretio aliquando cariori easdem vendendi negotium faciunt. Quodsi ita est, ab aliis mercibus, quae in vniuersum dicuntur: *Waaren*, *Aufmannswaaren*, duplice modo in primis differunt, cum temporis, nundinalis scilicet, quo venduntur, tum consilii quoque ratione, quod venditionem earum copiosiorem intercedit. Quae quidem discrimina, licet fieri fortassis possit, ut notionem illorum venalium non omnino expiere quibusdam videantur, auctoritatem tamen priuilegiorum nundinalium, usumque loquendi hodiernum, si severo spectetur, optimos esse sententiae nostrae patronos existimamus.

Classica de sanctione missarum rerumque ibi vendendarum et vero etiam antiquissima inuenitur lex Imperatorum Romanorum *Valentis* atque *Valentiniani*, cuius supra memoratae hic verba addere non alienum a scopo videtur<sup>y)</sup>. At recentio-

D 2 rum

<sup>y)</sup> Est lex *Cod. vn. de nundinis et mercationibus*, que ita se habet: Qui exercendorum mercatum aut nundinarum licentiam vel veterum indulto, vel nostra auctoritate meruerunt: ita beneficio rescripti potiantur, ut nul-

lum in mercatis atque nundinis ex negotiatorum mercibus conueniant, vel in venalitiis aut locorum temporali quaestu et commodo priuata exactione festentur, vel sub praetextu priuati debiti aliquam ibidem concurrentibus

rum diplomatum Caesareorum, quae huc respiciunt, cum tanta sit moles, ut iis omnibus recensendis opus ingens conficeremus, praecipua tantummodo adducere, aut verba, si opus erit, depromere inde inuabit.

Egregiae auctoritatis exemplum exstat anno seculi XV. septimo a Maximiliano I. Imperatore conditum <sup>z)</sup>, quod breui post Papa Leo X. eiusdem seculi anno decimo, quarto publica auctoritate confirmauit <sup>a)</sup>. His recentioribus quoque temporibus multa accesserunt eiusdem tenoris principia placita. Praecipuum eoram locum occupat *Constitutio Electoralis Saxonica* P. I. 30. qua ita de venalitiis rebus cautum est: *Wir wollen aber sonderlich, daß in allen Fällen innerhalb der öffentlichen Märkte, des Handels und Werbung halber die Freyheit gehalten, kein Arrest statt haben, auch bürgerlicher Sachen und Obligation wegen Niemand angehalten werden soll ic.*

rentibus molestiam possint inferre. Sensum huius legis singulari diss. eruere studuit G. L. SERNAV, seu III. WIESANDIVS, de ratione interpretandi privilegia nundinarum solennium, Lipsi. 1764.

z) Legitur in *Stat. Lips.* pag. 6. eiusque verba haec sunt: — dergleis gen die Wahr und Güter, so zu und von bestimmten Märkten und Niederlagen gesührt und getrieben wird, nicht sollen aufgehoben, verhindert und rechtlich arrestiret werden; Und ob jemand wäre, der oder die wehren, die selben Personen, der ihr Hab und Güter in gemein und sonderheit darüber mit nahme, (rapina) That, Gefängniß, oder in andern Wege gewaltiglichen angriffe und beschädige, die Straßen sperren, oder die Güter, wie vorberühret, auf halten oder arrestiren wolle, in was Weise oder Gestalt solches befchehe, das

den vorgemeldeten Jahrmarkten und Niederlage zu Abbruch und Schmälerung reichen und kommen möchte, dieselben sollen mit der That in unser und des Reichs Acht und Oberacht und andere Pönen ic.

a) vid. MARPERGERVS Lib. I. pag. 141. scilicet diploma allatum haec inter alia continet: — Und daß alle Kaufleute, sowohl Käufer als Verkäufer, und andere Leute, wes Ehren, Würden, Standes und Wesens sie seyn möchten, zu der Zeit, da sie auf solche Jahrmarkte und Niederlagen sich zu begeben pflegten, in Hin- und Rückreisen, samt ihren Gütern ein frey und sicher Geleit haben sollen, ernstlich verbietende, daß weder die Straßen aus einiger Ursache gesperrt, noch die Waren und Güter angehalten und mit Arrest belegt werden möchten, mit an gehängter Strafe ic.

soll ic. Reliqua quae exstant hanc in rem iura mercium singularia, cum vix idonea sit rei indubitatae probatio, accumulare haud opus erit; quod ipsorum vero tanta omnino sit vis atque potestas, ut et quodlibet intra nundinas *ius prohibendi* dictum vulgo, sublatum quasi requiescat, admonere aptius cum WERNHERO, Obs. forens. Part. IV. Obs. CXCIX.

Iam quamvis verbo ne uno quidem expresso in hisce privilegiis mercium nundinalium, cum illis veteribus, tum etiam recentioribus, iustitii praeceptum contineatur, idem tanto certius tamen tacita legislatorum voluntate iisdem inuolutum et quasi insertum esse videtur. Sic enim quemlibet, ut uno omnis res illustretur exemplo, ex ciuili quippe causa reum, licet missa durante citatum adeo a iudice, a comparendi obligatione liberat. Iudex autem, cum causam absente reo cognoscere cognitamque dirime nequeat, nec ad comparendum citatus cogi tunc temporis possit, quin vincat larga haec iustitii occasio, non fieri aliter potest. Sed haec pro argumenti ordine dicta sunt, reuertimur ad interpretationem priuilegiorum illorum in primisque Constitutionis citatae.

Neque vero parum haec omnibus Iure Consultis, qui de nundinarum priuilegiis commentati sunt, studii atque negotii fecit. Rectius tamen plurimi in eo conuenerunt, quod argumen-to in primis locupletissimi priuilegii Maximilianei eam omnibus debitis ciuilibus cuiuscunque generis, cum intra nundinas, tum alio tempore contractis, et pro quoquis modo renata applicauerint<sup>b)</sup>). Certum igitur, auctoritate saltem doctissimorum virorum suffultum est, merces negotiatorum ita esse sanctitas a qualibet detentione atque violatione, ita a iure communi exemptas, ut durante missa nemini inde satisfieri possit, licet vel hac excepta, ius suum nulla via persequi valeat.

D 3

Quem

b) vid. CARPOZOVIVS ad Const. RVS ad eandem Const. 2. ff. 10. ff.  
P. I. 30. def. 26, n. 4. MOLLE.

—————

Quem legis rigorem seruatum quoque esse locupletissimus testis est, praeter BARTHIVM<sup>c</sup>), MARPERGERVS<sup>d</sup>), qui plura ideo scabinatus Lipsiensis iudiciumque mercatorii praeiudicia exhibuit. Attamen cum non ultimum iustitiae praeceptum, ius suum cuique tribuendi, simul etiam veter: ne cui quis persequendū iuris occasione officiat, iniqua videri idcirco illa nundinarum priuilegia, si ad quemlibet casum litigii trahantur, neminem fugiet; et nihil esse iniucundius, quam iure gaudere, nec vti eo posse aduersus laedentem, omnes uno ore consentiunt. Quid, PLINIVS aliquando inquit, tristius est, quam scire remedium, nec posse applicare? — Quae cum ita sint, summum ius hoc in casu summatum fieri iniuriam libere patet. Restrictiorem itaque iurium horum singularium interpretationem, quae est omnibus ceteroquin priuilegiis propria, tanto magis iustitiae conuenit, quo durias esset atque iniquius, trahere eadem ad quemlibet casum<sup>e</sup>). Accedit, quod nec ratio earum legum, quae fauore commerciorum, neutriquam improbitate mercatorum continetur, mitiorem sententiam vlo modo reprobet. Quamuis enim ipsissima placiti Maximilianeī verba: auf was Weise und Gestalt solches geschehe ic. excludere quamlibet exceptionem videantur, aliud tamen suadent non aequitas solum, sed analogiae quoque regulae. Quodsi enim, vt vel doli tantummodo mentionem faciam, ratiocinari liceat, haec videtur apta et congrua argumentatio: Publica legum auctoritate dolus cooperatur partim nullitatē nuptiarum, contractuum, donationum, ultimarum voluntatum, partim restitutionem in integrum et plenam obligationis solutionem,

cur

c) In Hodegeta forensi Cap. IV.  
pag. 746. ff.

d) Libro supra laud. Cap. IV. pag.  
200. ff.

e) Neque enim probabile est, principes in detrimentum securitatis salu-

tisque publicae, qua ipsis nil potest esse magis cordi, aut in tertii ciuidam praeiudicium, priuilegia mercatoribus indulgere, aut fraudem legi fieri voluisse.

cur in hoc igitur casu impune quis possit in fraudem legis agere,  
cur deneganda sit laeso, quae competenter in bona laudentis  
securitas, deesse omni ex parte causa idonea videtur. Iam  
quantum faciat haecce oratio ad sententiae probationem, cum  
securitati ex arresto alia remedia, hodie in primisque inhibitio-  
judicialis substituta sint atque surrogata, nil amplius, hoc certe  
respectu, priuilegiorum illorum praecepta continent.


### §. XII.

#### E p i l o g u s .

Haec quidem sunt, quae scribendi occasione argumenti  
mei pro consilii ratione esse visa sunt. Alia enim, interdum  
iamiam scripta, quae et perfectiorem forsitan certioremq[ue] li-  
belli elaborationem fecissent, consilio missa feci. Partim ea  
enim archioribus scriptiunculae finibus aduersari cognoui, par-  
tim non esse in hoc libello, sed alibi, non me, sed alio aucto-  
re aptius dicenda duxi. Leuidense opus meum esse scio, do-  
ctorum aequitati tamen iure iuuenem fidere posse putauim.  
Quibus reliquum errauerim, condonet ea mihi B. L. quae fal-  
fa tenui ingenio exciderint, non dicta esse velim. Si enim  
paucia tantum, non adeo dico laudanda, sed ita protulerim,  
ut ne adspexisse illa lectores poeniteat, in paucis quoque con-  
tentus esse iuuabit.

DILECTISSIMO FRATRI  
HIERONYMO THEOPHILO KINDIO  
S. P. D.  
CAROLVS CHRISTOPHORVS.

**Q**uam superiori anno, desideriis TVIS honestis satisfieri auguratus,  
de nundinorum Lipsiensium iustitio scribendi materiam TIBI suaſi,  
eam tanta diligentia excoluisti, exarasti, efformasti, ut depositum TV-  
VM,



852

*VM, patrii fori obseruantia hinc inde adspersa, hisce TIBI tabulis integrum reddam.*

Quemadmodum enim, qui praeocci sapientia et properante calamo typographum, quod iusto serius scilicet schediasmata irrepetitae praeletionis impresserit sua, cunctatorem adpellitant intolerabilem, parum laudandi, ita et moram faciendo inutilem molestiamque iuuenes laudis cupidos amore studiorum detineri, certo persuasum mihi est. Medianam viam ingredi satius autumno.

*At me, qui est fraternus, de quo non gaudeo, sed insulto, TIBI innatus amor, quem haud spreuisti argumenti academicii suaforem, pellarum arbitrum, me quoque certaminis confortem cupis et in Themidis sacris efflagitas consacieolam?*

*Sanctum charum sanguinis vinculum, quod effatum poetae: ram esse fratrum concordiam, mendacium arguit! Quid vero, num socio indiget, qui sociales habet litteras musasque, num defensore, qui fibi satis auxiliis est? Sic fata secunda ferunt, quibus parere iucundum!*

Habebis itaque me promptum et aquum doctrinae *TVAE*, virtutisque spectatorem, fidum et incorruptum testem fructuum affiditatem *TVA* maturatorum, qui spem ciuitati nec leuem faciunt nec inanem, fore, ut, quum aliquando ad eam accesseris, optima quaeque cures; scis enim, ut verba Ciceronis mea facere licet, nihil praecarius atque praefantius esse in omnibus rebus humanis, quam de re publica bene mereri, patriaeque florem ipsa vita multo nobis esse debere cariorem. Gratulor ideo *TIBI* hoc, quod publici juris factum defendere iamiam intendis studii iuridici specimen, gratulor *PARENTIBVS TIBI* et mihi pie colendis, quem amant atque in deliciis habent, filium, gratulor fratribus fratrem, mihique celebrem hancce, quanti *TE* faciam, publice dicendi facultatem.

*Faxit Deus Optimus Maximus, qui hoc usque rebus *TVIS* benigne praefuit, et in posterum omnia ex sperato, et votis piis annuat! Quod reliquum, ut, quo modo confueristi, ita quoque bene mihi cupere pergas, id est, quod iterum iterumque a *TE* petere frater nullus dubito, quem ad trifissimum etiam fatum habebis *TVI* amantissimum. Ita vale! Scripsi in uniuersitate litterarum Lipsica, a. d. III. April. A. C. cloccxci.*

Leipzig, Drss., 1792

ULB Halle  
005 358 981

3







DE  
O N V N D I N A R V M  
P S I E N S I V M  
RECONSULTORVM ORDINIS  
AVCTORITATE  
R A E S I D E  
LO CHRISTOPHORO  
K I N D I O  
IAE PROVINCIALIS ET CONSISTORII  
ADVOCATO  
APRIL. CCCCXCII.  
H. L. Q. C.  
LENNITER DISPVTABIT  
AVCTOR  
VS THEOPHILVS KINDIVS  
LIPSIENSIS.  
LIPSIAE  
FICINA KLAVBARTHIA.  
OFFICINA SOMMERIA.